

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hrabani Mauri de uniuerso libri I-XI - Cod. Aug. perg. 96**

**Hrabanus <Maurus>**

**[S.I.], [9./10. Jh.]**

Liber nonus

[urn:nbn:de:bsz:31-14112](#)

INCIPIT LIBER. VIII. DEMUNDO  
ET IIII. PLAGIS IPSIUS.

In sacro ergo eloquio intelligentie magna discretio est. Sepac enim in quibusdam locis illius & historia seruanda est. & allegoria. & sepe in quibusdam sola exquienda est allegoria. Aliquando uero sola necesse est ut teneatur historia. Nam in quibusdam locis sicut diximus historia simul tenenda est & allegoria ut tardiores pascantur phisitionem & uelociores ingenio operari allegoriam. Unde cum loquenter dō populus lampades et sonitum bucinē & moniem fumigantē cernere. perterritus petat. ut ei si permorsus dñs loqueretur. Unde scriptū est. Sic ut populus de longe. moīses accessit ad caliginē in qua erat dñs. Turba quippe populi allegoriarum caliginē non ualeat penetrare. quia ualde paucorum est spiritalem intellectū timore. genī mentes carnaliū sola sepe historia passunt. Loquenter dō. sic ut populus a longe. quia nō spiritales quinq; allegoria rum nubē penetrant. ut spiritualiter diuerba cognoscant. Moīses accessit ad caliginē in qua erat dñs. idcirco nos in hoc opere. ubi dicerum maria

significatione scribere disposuimus. 365.  
res ipsas primum notamus. deinde significationem earū breuiter differemus. Ita tamen modo incipientes partes eius subsequentē differendo ponamus. Mundus est caelū. & terrā. et quae in eis operadi sunt. de quod dicā. Et mundus per eum factus est. mundus latine a philosophis dictus. quod in se ī pīnō motu sit. in cielū. sol. luna. aer. maria. pullacmī regni et eius elementis concessae. ideoq; semp in motu est. Greciō nomen mundo de ornamento accommodauerū. pīnō diversitatē elementorū. & pulchritudinē siderū. appellantur enī apud eos cosmos quod significat ornamentū. nihil enim mundo pulchrius. oculis carnis aspicimus. Mundus enim aliquando historialiter. id est universorū elementorū compactio accipitur. Aliquando uero iuxta allegoriā in bonā partem & aliquando in contraria ponitur. Nam mundus historialiter in eo intelligitur. ubi euangelista dicit. In mundo erat & mundus per eum factus est. Et illud ubi dñs ait. Egolix in hunc mundū ueni. In mundo quippe erat. & mun-

dus per ipsum factus est. Quia dicitur  
quia totus ubique quia sua presentia  
maiestatis. sine labore regens. sine  
onere continens quod fecit. In quo  
& iam mundo quem prius per diuini  
tatem creauit. Postmodum homo  
natus apparuit. quod autem sequitur.

*Et mundus enim non cognovit. signifi  
cavit homines mundi amore decep  
tos. atque inherendo creaturae. ab ag  
noscenda creatoris sui maestate re  
flexos. Duobus autem modis ut dixi  
mus. mundus intellegitur. Alter in  
peccatorib. alter in scis. Quod autem  
dicitur ad patrem. ut mundus cre  
dat. quia tum emisisti. & alibi. ut cog  
noscat mundus. quia diligo patrem.  
Hic nominat mundum eos qui creditu  
rierant uel quidam credebat xpm  
filium dei esse. ad salutem humani ge  
neris missum a patre in mundum.  
Quod autem ait. Pater iuste. mundus  
te non cognovit ego autem cogno  
uite. Ideo non cognovit. quia deus  
natus est per iustitiam. ille uero qui  
saluandus erat mundus. permisit  
cordiam te cognovit. Utique ipse xps  
reconciliauit patri non merito sed  
gratia. Hinc dicitur ihesus saluator mun*

di hoc est ecclesiae catholicae. quia  
ipse est saluator omnium & maxime  
fidelium. Quod enim legitur dicitur  
se. Uenit enim princeps huius mundi  
& in me non inuenit quicquam. Hic  
ostendit diabolum principem esse  
peccatorum hominum. non creature  
rum dei. Et quotiens cumque mundi figura  
in mala significatione ponitur. nihil  
oste pedit nisi mundi istius amatores. &  
non dei. Absit enim ut credamus illum  
principem esse. caeli & terrae. et creatu  
rarum omnium. quae generaliter  
mundi nomine appellantur. Totus  
atque mundus seruit suo creatori. non  
deceptor. Redemptori. non intercep  
tori. Et regitur dispensatione diuina  
non inimici uersitia subvertitur. prout  
homines partis illius qui propria uo  
luntate non necessitate aliqua se  
abiciunt diabolo. Aliquando & iam  
ipsa ambitione terrenarum rerum mun  
di nomine designatur. Unde dicit  
ioannes apostolus. nolite diligere  
mundum. neque eaque in mundo sunt.  
Si quis diligit mundum. non est caritas  
patris meo. quoniam omne quod in mundo  
est concupiscentia carnis est. Et con  
cupiscentia oculorum & superbia utiq

Omne quod immundo est dicit omnes qui  
mente inhabitavit mundum qui amore  
incolunt mundū sicut caelum inhabi-  
tant quorum corsus sum est quia ius  
carne ambulent in terra. Omne quod  
immundo ē id est om̄s mundi amatores  
non habent nisi concupiscentia carnis  
& oculorum & superbia uitæ. Quibus ui-  
torum uocabulis omnia genera uitæ  
orum comprehendit. Concupiscentia car-  
nis est omne quod ad uoluptatem & di-  
litas corporis pertinet. In quibus sunt  
maxima cibus & potus & concubitus.  
quætra salomon sanguis lugis compa-  
rat. Concupiscentia oculorum quae  
sit in discendis artib. nefarior. incom-  
templandis spectaculis turpibus uel  
super uacuis. Inadquirendis rebus tem-  
poralibus indinoscendis & carpendis  
proximorum uitæ. Superbia uitæ est.  
cum se quis iactat in honorib. phætia  
cupiditas humana temptatur phæc-  
adā & dñs ipse temptatus est. Quatu-  
or autem ē climata mundi aiunt idē.  
plagi orientē & occidentē septemtri-  
onē & meridiem. Oriens ab exortuso  
lī nuncupatus. occidens quod diē  
faciat occidere atq; interire. Abscon-  
dit enim lumen mundo & tenebras

367

superinduit. Septentrio autem  
a septem stellis axis uocatur que in  
ipso revolute rotantur. Hic prie-  
uertex dicitur eo quod ueritatis sicut  
poeta att. Ueritatis Inter cælum.  
Meridies uel qui ibi sol faciat medium  
diem quasi medi dies uel qui atque  
purius micat ether. merum enī purū Merum.  
dicitur. Misticæ autē oriens dñm sig-  
nificat salvatorem de quo in lucascrip-  
tuī. Visitauit nos oriens exalto.  
et in zacharia propheta ecce uir oriens  
nomen eius. Oriens populus iudeorū.  
sive illuminatio fidei sicut meclæ  
esaiadicitur Ab oriente adducan se-  
mentium. Occidens populus gentū  
ubi & supra & ab occidente congregabo.  
Occidens autem significat uita melioris  
defectum. uel occasum mortis. Unde  
de peccatoribus in propheta scriptum.  
occidet uobis sol in meridie. & psalmista  
iter inquit facite ei qui ascendit super  
occasum. dñs nomen est ei. Item occasus  
significat post temptationis ardores  
incentiue libidinis refrigerationem.  
Sicut inde uteromq; peo quinocturnopol  
luitur somnio. hoc est occulta cogitatio  
ne. ut non reuertatur prius in casta.  
quam lauet uestimenta sua. & occidat

sol. Rursum oriens designat imm  
 um bone uitacimae. occasus malae  
 conuersatoris affectus. inest illud  
 ipsalmo. Quantum distat oriens  
 ab occasu. elongabit anobismq  
 uates nostras. In occasuem cramus.  
 am peccati in culo tenebamur  
 astricti. In oriente aut sumus qua  
 do paquare generationis nos sol  
 ueris inuisit. & tenebras facit  
 nostrorum discedere peccatorum.  
 Tam in ergo iniquitates nrae longe  
 sunt a nobis peccata nostra damnatur.  
 quanto potest clara dies atenebro  
 sa nocte distare. sive porrenne  
 significat regnum dñi. proccasuum uero  
 gehennam. qua etiam in abeatoru  
 sede dissociata est. quantum dicit  
 abraham loquens addiuntem. In  
 ternos & uos chaos magnum firma  
 tem est. Septentrionalis aut pars  
 mundi. unde gelu & siccitas pce  
 dunt. pfiguram ostendit diabolus  
 vel frigus infidelitatis de quo scrip  
 tum est. aquilonem et mare tu  
 creasti. thabor et hermonum mon  
 netio. exultabunt cum brachium  
 cum potentia. Per aquilonem inde  
 signans diabolum. quid yit.

Ponā scdem meam in aquilone. & erosim  
 us altissimo. Unde alibi legitur aliquo  
 durus est uentus qualion nomine dexter  
 uocatur. foquod diabolus nomen sibi  
 dextri presumat tamquam bonisue  
 quod occidentem id est peccatum re  
 spicientibz dexter fiat. Aquilo signi  
 ficat populus gentium. ut in eas  
 dicata aquiloni da & in platt latera  
 aquilonis ciuitas regis magni. & in nob  
 ab aquilone aurum uenit. Meridi  
 ana autem plaga mundi que & aus  
 tralis ab austro uento uocatur. calore  
 suo frigus dissipat & glaciem soluit.  
 Significans gratia spissi. qui ciuitatis  
 ardore frigus infidelitatis expellit  
 & peccatorum duritiam dissoluit. Un  
 de scriptum est conuerte dñe capta  
 uitatem nrām sicut tortens in austro.  
 Qui & iam uentus significat populū  
 iudaicum. lumen scientiae inscrip  
 turis legis & prophetarum habentē  
 Sicut aquilo gentilem intenebris in  
 fidelitatis et stultitia erroris degen  
 tem. His quoq. ambis gentes xpi  
 gratia per cuius gelum ad se conuo  
 ciuit. Item in aquilone aduersa mun  
 di. In austro blandimenta designan  
 tur. qua gemina expugnatione


probatur ecclesia. Et per constantiam  
fidei mirum odorem uitutum dispigit.  
Unde sponsa Incarico cantorum dicit.  
Surge aquilo & ueni austro. perflahortū  
meum & fluat aromata illius. consur-  
ge. p̄mittenti suox est non imperantis.  
Item incontrariam partem meridies ac  
capitur. ut est illud in psalmo. arripit et  
demonio meridiapo. Demonum meridia-  
num est in mane periculū feruore psecu-  
tions accensum. ubi ruina plerumq; me-  
tutur. Austro ecclā quae ex iudeis p̄ri-  
or in xpō credidit. ut in pp̄t. qui habita-  
tis interrā austri. ferte aquā sciemq;  
ide baptisnum credentibus. Et miobab  
a quilonē aurum uenit. & ab austro for-  
mdolosa ludatio. Austro scā ecclā c.  
fidei calore accensa. **DEATHOMIS**  
**P**hilosophi athomos uocant quasdam immu-  
no corporum partes tam minutissimas  
ut nec uisu patet. Nec tamen id est sec-  
tionem recipiant. unde et athomi dic-  
tæ sunt. hæ pīna p̄ totius mundi in  
requies motibus uolitari. et huc atque  
illuc ferri dicuntur sicut tenuissimi pul-  
ueres qui infusi p̄ fenestras radii solis ui-  
dentur; ex his arboreis etherbas & fru-  
ges omnes oriri. et ex his ignem et aquā  
et uersa gigni atque constare. quidā

philosophi gentium putauerunt..  
Sunt autem athomi. aut incorpore. aut  
intempore. aut in numero. **I**n corpore  
ut lapis; diuidis cum impar tes. & par-  
tes diuidis ipsas in grana. uelut sunt  
arenae. Bursu nque ipsa arenae grana.  
diuide in minutissimum puluere.  
donec si possis peruenias ad aliquam  
minutiam. quae um non sit quae  
diuidi uel secari possit. hacc ē athom⁹  
incorporibus. Intempore uero sic intel-  
legitur athomus; annū uerbigratia  
diuidis in menses. mens in dies. dies in  
horas. adhuc partes horarum admit-  
tant divisionē. quo usq; uenias ad tan-  
tum temporis punctum. & quendam  
momenti particula. talem que per  
nullam morulū pduci pos-  
sit. & video īā diuidi non  
potest. hec est athomus temporis.  
In numeris ut puto. octo diuiduntur  
in quatuor. rursus. iii. in  
duobus. Inde duo in unū. unus  
autem athomus est. quia inseparabilis  
est. sic & littera. Nam orationē diuidis  
in uerba. uerba in syllabas. syllabam in  
litteras. littera pars minima. athomē.  
nec diuidi potest. Athomus ergo est  
quod diuidi non potest. ut in geome-

369.  
Ithom⁹ sūt  
ut in corpore. ut in  
tempore. ut in  
numero.

trica punctus; nam thorius chiusio dicitur grece: athomus induisio: Nam quantū inuisibilis unitas ualeat interbus ad ostendendam mysticam significacionem. manifeste scriptura designat. quia ipsam omnium rerum initium esse demonstrat ap̄to dicente: unus dñs una fides unum baptisma unus dñs & pater omnium. quiescit super om̄is. qui benedictus inservit. & per omnia & in omnibus nobis. Unde idem iubet nos sollicitos seruare unitatem sp̄s in uinculo pacis. ut fiat unū corpus. & unus sp̄s. sicut uocatum in una spe uocationis nostrae.

### DE ELEMENTIS.

**V**er longe ceterum quandam primā materiam dicunt. nullo prorsus modo forū  matam. sed omnium corporalium formarum capacem ex qua uisibilia haec elementa formatasunt. Unde & ex eius uocabulum ac divisione. r̄len latini materiam appellauerunt. Ideo quia omne informe. unde ali quid faciendum est. semper materia nuncupatur. Proinde & ea poete siluam nominauerunt. nec incongrue. quia materiae siluarum sunt.

Greci autem elementa i& toxu nuncupant. eo quod sibi societatis concordia & communione quadam conueniunt. nam sice ea inter se naturali quadam ratione iuncta dicuntur. Ut modo originem ab igne repetentes usque ad terram. modo a terra usq; ad ignem. Ut ignis quidem in aera desinat. Aer in aquam densetur. aqua in terram crassescat. Rursusq; terra diluatur in aquam. aqua arescat in aerem. Aer in ignem extenuetur; qua propter omnia elementa omnibus inesse. sed unum quodq; eorum ex eo quod amplius habet. accepisse uocabulum.

Sunt autem diuina prouidentia pro priis animantibus distributa; nubes lum angelis. aeterni uolucribus. mare piscibus. terram hominibus. ceterisq; animantibus creator ipse implieuit.

### DECALO.

**C**aelum dictum. eo quod tamquam caelatum uas impressa lumina habet stellarum. ueluti signa; Caelum autem in scripturis scis. ideo firma mentum uocatum. quod sit cursu siderum. & ratis legibus fixisq; firmatum. Interdum & caelum pro aere accipitur. ubi uenti & nubes & pelle-

& turbines sunt; Inscriptura sacra ple  
nusque etia quae accipi secundum  
historiam possunt. spiritualiter in  
tellegenda sunt uter fides habeat  
in ueritate historiae. & spiritua  
lis intellegentiae capiatur immis  
teris allegoriae. sicut hoc quoq;  
nominus quod psalmista ait. Quo  
uidebo caelos opera dicatorum tuorum.  
lunam et stellas quaesiti fundasti.  
Fecit enim iuxta ueritatem historiac  
stat sermo rationis. quia & caeliope  
radi sunt & lumen ac stelle ab eo cre  
atae atque fundatae sunt. Sed si hoc  
psalmista iuxta solam historiam  
& non secundum intellectum mysticum  
asserit. qui caelum opera di esse  
professus est. dicturus lunam et stellas.  
ut non etiam solem que sumus quia  
eius opus est pariter exumerauit.  
sicut in iuxta sola historiam loque  
batur dicturus luminare minus.  
prius luminare maius dicere debuit.  
ut ante sole. & post lunam atque tel  
las fundata esse prohiberet. Sed  
quia iuxta intellectum mysticum lo  
quebatur. ut lunam sciam ecclesiam  
& stellas homines secum accipered  
beremus. solem nominare noluit.

371.

quauidecet ipsa eterno solo lo  
quebatur. de quo scriptum est.  
Uobis autem quoniam est dominus. oritur  
sol iustitiae; Caelum autem iuxta  
allegoriam aliquando ipsum dominum  
saluatorem significat ut est illud.  
caelum caelidno. quia sicut scies corum  
& dei deorum ita & iam caelum celorum  
recte ipse dicitur in quo plenitudo  
diuinitatis inhabitat. Aliquando  
vero angelicas potestates significat  
ut est illud in genesi. In principio fecit  
deus caelum & terram. Quod post uoca  
uit firmamentum. quia caeli fuerunt  
hiquipnius benesunt conditi. sed post  
modum firmamentum appellatis sunt  
quia omnino iam necaderent virtu  
tem incommutabilitatem accepérunt.  
Ad quos per prophetam alibi dicitur.  
audite caeli quia dominus locutus est  
Item caelin nomine prophetæ & apostoli  
& sciuri exprimuntur. ut est hoc ce  
li enarrant gloriam dei. quia ipsi de  
aduentu christi differendo orbem terra  
rum scis admonitionibus impleuerunt  
De quibus caeli alibi dicitur. Verbo domini  
caeli firmatis sunt & spiritu oris eius omnis  
virtus eorum. Quia christo post ascensio  
nem desuper mittente spiritu sancto apti

infide & scientia confortatisunt.  
 igitur in principio fecit dñs caelum id  
 est spiritales celestia qui meditan-  
 tur & querunt. In ipso fecit & carnales  
 quitterenum hominum nec dñs posu-  
 erunt. Aliquando & iam contempla-  
 tionem supernorum caelum signifi-  
 cat. ut est illud. Ascendunt usq; ad  
 caelos & descendunt usq; ad abissos  
 usq; ad caelos quippe ascendimus cum  
 summa penetramus. sed abissos usq;  
 descendimus cum repente a contempla-  
 tionis culmine perturpia tempta-  
 menta decimur. Plerumq; ergo  
 in sc̄o euangelio regnum caelorū  
 presens ecclesia nominatur. Con-  
 gregatio quippe iustorum regnum  
 caelorū dicitur. Quia enim p̄p̄he-  
 tam dñs dicit. Caelum mihi sedes  
 est terra autem scabellum pedum  
 meorum. & salomon ait. Anima ius-  
 ti sedes sapientiae. Paulus & iam  
 dicit xp̄m dico diuinitatem & di sa-  
 pientiam. Liquido comprobatur  
 dñm in anima iusti sedere. hoc est  
 regnare & iudicia sua decernere.  
 Nam caelum aeriste ut supra dixim.  
 agnoscitur in quo caelo hoc est ac  
 reo helias raptus discribitur. & qđ

apostolus de inmundis spiritib; loquit.  
 non est nobis conlectatio aduersus car-  
 nem & sanguinem sed contra spiritalia  
 hec quia in caelestibus. Et talius apli.  
 Caeli autem qui nunc sunt etiā eodē  
 uerbo repositi sunt ignis seruati in diem  
 iudicij. Aliquando ergo in celo nomine  
 sacra scriptura designatur. de qua dñ  
 extendens caelum sicut pellē. ex qua  
 nobis et sol sapientiae & sol sciencie  
 et ex unius patribus stellae exemplū  
 atque uirtutes luceb;. Quod sicut pellis  
 extenditur qđ prescriptores suos carnis  
 lingua formatum ante oculos nr̄os puer-  
 ba doctorum exponendo displicatur.  
 Cuius caeli superiora dñs inquisit  
 quia alta sacri eloqui. id est ea quae  
 denatura diuinitatis uel de aeternis gaudi-  
 is narrat nobis adhuc nescientibus solis an-  
 gelis in secreto sunt cognita. Nam ali-  
 bi in psalterio legitur. Laudate eum  
 caeli celorum et aq; s. c. s. l. n. d. Quāus  
 in genesi unum caelum fabricatum esse  
 legerimus. tamen eos plurali numero  
 et paulus ipsi appellavit. qui refest ipse  
 tum se caelum raptum ibiq; talia cognoscere  
 quae homin; non licet effari.  
 ethic pluri numero puncupatur  
 qđ talis forsitan ratione concordat. Dici

mus unum esse planetū quod multis membris multisq. spatis umbiatur. Ita forsitan et caeli partes dicimus caelos dum comple xio. Atque sinus eius unus esse monstratur. A quis uero super celos esse genesis refert. At enim. dicitur. aquas quae erant sub firmamento ab his quae erant superfir mamentum. Firmamentum enim in ecclā scripturae diuinæ intelleguntur. quia caelum plicabitur sicut liber dis crevitque super hoc firmamento aquas. id est cielestes populos angelorum.

qui non opus habent hoc suscipere fir mamentū. ut legem legentes audiant uer bundi. Uident enim eum semper diligunt. sed supposuit ipsū firmamentū legi sue sup infirmitatem inferiorum populorū. ut sibi suscipientes cognoscant qualiter discernunt inter carnalia et spiritualia. quasi inter aquas superiores et inferiores.

### DE PARTIBUS CAELI

Appellatur autem idem locus aēlma in quo sidera sunt. et significat cum ignem qui aeterno mundo in altum separatus est. sine aether est ipsū elementum. aethera uero splendor aetheris est. Consistunt enim lu minaria in firmamento caeli. hoc est in fir mamento legis di in fixa. euangelista cō uidebit. et doctores scripturae sō

disputando coherentes. et omnibus in feroribus lumen sapientiae demonstran tes. pdit etiam simul et coērētū mīcātūm siderum turba id est diuersarum uirtutum in ecclā numerositas. quae in huius uita obscuroitate tamquā innocētē resplgentes. diuidant in hoc firma mento scripture sensibilia et intellegi bilia. quasi inter lucem p̄fectorum et tenebras populorum. et sunt insignia uirtutum et miraculorum.

### DIUINAE CAELI.

Ianuae caeli duas sunt. orientis et occasus. Nam una porta sol procedit. alia sere cipit. Significant autem ianuae caeli testamenta diuina. unde psalmista ait. Mandatum est nūbibus hi. id est p̄dicatoribus ut planius caeli. hoc est scri ptura sc̄is predicatione glorioxa ad ueptū saluatoris dñi nuntiarent. qui uereman na sumuntur quā adorabili communica tione gustatur. **DECARDINIBUS**

Cardines autem mundi duo septentrio et meridies. in ipsi enim uoluntur caelum. Significant autē cardines ipsi p̄sen tis ecclae conuersationem quae per totum orbem dilatatur. et in duobus testam entis siue in duobus p̄ceptis caritatis conuersans ad futū ram patram tenet. Mandauit nūbibus deūper & ianuas caeli aperuit

373.

Eucharistia:

dendo cursum p̄sentis uita edirigit. Unde scriptum est. dñi enim sunt cardines terrae. exposuit super eos orbem.

### DE LUCAE

**L**ux post creationem caeli et terrae a creatore primum formata est ad manu festanda et declaranda opera dī. lux ipsa substantia est. lumen aluct manat. id est candor lucis. sed hoc confundunt auctores. Lucifer ergo nomine diuersae significaciones exprimuntur. Aliquando enim ipsum dñm id est totam simul scān trinitatem ostendit. Aliquando filium dī. aliquando scōsueros significat. Ali quando scripturam sacram. aliquando p̄dicationem euangeli. Aliquando scām aerdesiam. Sciendum nobis est hōenō men luminis totius trinitatis esse com mune. Legitur enim dī lux est. et tene brae in eonullae sunt. ergo quia pater et filius & sp̄s sc̄s unus est dī. Recite anim ad uertimus de ueritate trinitate esse dictū. dī lux est. et tenebrae in eonullae sunt.

**U**nde uersus iste merito de saluatorē dicit. In lumine tuo uidebimus lumen. Quod autem xp̄s uera lux sit ostendit ipse in euangelio dicens. ego sum lux mundi. quisequitur me non am bulabit in tenebris. sed habebit lumē

unae. De quo et iohannes euangelista dicit. Erat lux uerū quae in luminatum nem hominem uerū nem in mundo. omnem uidelicet quinluminatur sine naturali ingenio. sc̄ sapientia diuina. Sicut enim nemo a scripto esse. ita etiam nemo a seipso sapientem esse potest. sed illo in lustrante de quo scriptum est. omnis sapientia ad hō dō est. Sc̄ quidem homines lux sum recte uocati. dicente adeo dñs. uos estis lux mundi. & apostolo pa lo. Fauistis aliquando tenebrae. nunc autem lux in dño. sed multum distat inter lucem quod in luminatur. & in cœm quod in luminatur inter eos. qui par ticipantes uerae lucis accipunt ut luceant. & ipsam lucē perpetiam. quae non solum in scripta lucere. sed & si ap̄ semita quoscumq; attigerit. intus trare sufficit. aliquando autē scripture sacra luce intellegimus. inest illud. **L**ucerna pedibus meis uerbum tuū dñe. & lumen semini miseri. Scieris ergo hanc facili nocte diuersis offendis omnib; mre titam. ut alibi liqueat. alibi scopulos. alibi contineat. p̄fundissimas uastinas pedibus suis uerbum dñm lucere testar. ne absita ueri luminis in cida

rimam. quippe suam pudiciam  
vitare non poterat. sed hoc uerbum  
illud debet intelligi. quod prescrip-  
turus sis prophetarum seminatum  
est. quod uerbum lucernam bene ap-  
pellavit. quae humanisibus da-  
ta est ad debellandam noctis fun-  
dissimae caecitatem. sicut petrus ap-  
tolus dicit. Habemus certorem prophete-  
tiū sermonem. cui benefacit inven-  
dentes uelut lucernae lucem in obscu-  
ro loco. Item lumen illuminatio si-  
deat. uel domum spissi. ut in psal-  
mo. Signatum est super nos lumen uul-  
nus in die. Item lux et tenebrae.  
electi & regni ut in iob. Numquid nosti  
quis locutus lucis et tenebrarum. ut duos  
unum quodque adierimus suos. Item lux  
et tenebrae. uisita & iniquitas. ut in  
postolo. qui diligit proximum suum.  
lumen est. qui autem odit in tenebris  
ambulat. Item predicationem euange-  
li lucerne significat unde saluator ait.  
Nemo accendit lucernā & ponit eam sub  
modo. sed super candelabrum ut luceat  
omnibus qui inde mosunt. Ponere ergo  
est lucernā sub modo. superiora facere  
corporis commoda quam predicationē  
ueritatis. ut ideo quisque ueritate non p̄dicet

375.

Dummet ne aliquid in rebus corpo-  
ralibus et temporalibus molestiae pa-  
nitur. Potest haec lucerna & sup  
humanam uite saluatoris inter precari.  
Ipse quippe lucernam accedit. qui  
resti humanae nature flama  
suæ diuinitatis impletuit. quā pro-  
fecto lucernam nec credentibus ab-  
scendere. ne modio subponere.  
hocest sub mensura legis includere.  
vel uita unius iudeae genitier  
in mos uoluit cohibere. candelab-  
rum ecclasiā dicit. ea lucernā  
supponit. quia nostris in frontib;  
fidei suac incarnationis affixit.  
ut que ecclasiā fideliter ingredi  
uoluerint. lumen ueritatis palam  
queant intueri. Nam & scā ecclē-  
sia lumen suocabulo designatur  
ut est illud. amictus lumine sicut  
uestimento. Lumen enim ecclasiā  
significat. de qua scriptum est. De qua  
scriptum est. Quae est ista quae as-  
cendit dealbata. Dealbata enim in-  
tellegitur illuminata. quae recte  
uelut uestis aduertitur dñi salua-  
ris. non habens maculam aut ruga-  
m. ipsa enim est candida hocest dealbata.  
& omni decore uirtutum adornata.

Tunica in jure  
cavum fuit

**A**dquam dicit apostolus. Omnes qui  
in Christo baptizati estis. Christus induit vos.  
Hanc etiam tunica illa significauit.  
quaenon potuit diuidi tempore  
passions. haec est de qua dicitur.  
amicus lumen sicut uestimentum.

### DE LUMINARIBUS

**L**UMINARIA autem quae in celo  
sunt posita. dicunt noctemque in lu-  
minant. secundum creatoris sois  
positionem. et cursus suu officia  
pagunt. hoc est sol. luna. et stellae.  
uxta qualitate suam significatio-  
nes allegoricas habent. quae ad lau-  
dandum dominum. postquam angelicas vir-  
tutes ad laudem domini psalmista incita-  
vit subsequenter puocans ait. Lau-  
date eum sol & luna. Laudate eum  
omnes stellae & lumen. **D E S O L F**

**S**ol ergo. & luna ac stellae. ut quida-  
dicant. & si aliquis spū p̄prio regum  
tamen quia cīnib⁹ oculis patescunt  
inferiores esse virtutib⁹. quaenon videat  
non absurdā aestimatione colliguntur.  
quia uis caeli speciem. decoro lumine  
ornare indeantur. Hā illa ad quae  
puenit nū aspectus. hæc sunt lucida  
atque subtilia. tamen corpora esse  
manifestissima. et necesse est utilis

corpora coelestia  
regi ab intellige-  
tis.

cedant. que in visibili uirtute subsis-  
tunt. quia propter solem lunam. &  
stellas. sive p̄ propriam nationem.  
sive per alias sensibiles & iudicabiles  
substantias propheta laudare pre-  
cepit dominus. quia a creatoris beneficio  
existere meruerunt. Considerna  
enim tot lumina. ingentes ad simili-  
tudines possunt conuovere. quan-  
do et mortales oculos videre faciunt  
& ipsa intam splendida claritate con-  
sistunt. Ignis sol inscriptura sagra  
aliquando significat dominum salvatorem.  
Aliquando sc̄orum suorum claritatem.  
**S**ol aliquando sapientiae fulgore.  
Aliquando decorum uirtutum. et econ-  
trario aliquando aestum p̄secun-  
dis. et tribulationē presentis.  
Nam sol salvatorem in eo exprimit.  
quod sicut ipse sine alioru admissi-  
culo ceteris siderib⁹. hoc est luna &  
stellis. ut quidā ferunt fulgorem  
prestant. Ita et xp̄s propriu uirtute  
splendens. & nullius operi indigens  
sc̄ae ecclesiae. et quibusque in uim  
sc̄is splendorem sapientiae. & uirtu-  
tum tribuit. Unde improphe-  
scriptum est. Orietur uobis umentis  
domini sol iustitiae. & sanitatis impennis.

Sol christi signifi-

Si talibi ex persona peccatorum dicitur.  
Sol iustitiae non est ortus nobis. Quod autem  
splendorem claritatis sc̄orum post resurrectionem  
sol significet ostendit ipsa  
veritas in euangelio dicens. tunc fulge  
bunt iusti sicut sol in regno patris eoju-  
Nam solem sapientiam significare testa  
tur psalmista dicens. solem impotes  
tatem diei quo in misericordia eius.  
Quod spiritualiter ita intelligi potest.  
Ut solem sapientiae Christi sc̄issus misera  
tus infimatur. quatinus illi videant que  
ad ipsius certum est pertinere iussionē.  
Detorem autem virtutum & bonorum ope  
rum solem significare illa dñi sententia  
demonstrat qua ad apostolos loquens  
art. Sic luceat lux vñ coram hominibus  
ut videant opera vñ bona & glorificher  
patrem vñ quincalis est. Sol acutum  
sapientiae significat sicut in obliquib;  
dam sapientibus sed reprobis prodiabo  
locti. radus solis sub ipso erunt sed electae  
fides de quo per Iohel prophetam dñ  
sol conuertetur intenebras. quia fides  
a ecclesia nouissima persecutione incep  
borum cordibus per infidelitatem ob  
scenatur. Sol manifesta operatioē  
sicut in psalmo dñ pro corpore assumpto  
in sole posuit tabernaculum suum.

377.

Venique in contrarium partem solis  
significationem prolatum ostendit  
illa euangelica parabola quim  
deseminentis diversitate dñs protulit  
dicens. Alii autem ceciderunt  
in petrofa ubi non habebant terrā  
muttam. & continuo exorta sunt  
quia non habebant altitudinem  
terrac. Sole autem aestuauerunt  
& quia non habebant radicem aruer  
Petros auero loci quae tenue cespite  
correcta susceptum semen citoger  
minare queunt. Sed uim radicis  
figendae non habent. illa nimis  
sunt praecordia quae nullis discipli  
nae studiis eruditæ. nullis temp  
tationum probationib; emollita.  
Dulcedine auditi tantum sermonis  
ac promissis caelestibus adoram de  
lectantur sed in tempore temptationis  
recedunt. Sol prosperitas est &  
luna aduersitas mundi ut in psalmo.  
**P**er diem sol non uret te neque luna  
per noctem.

**D E L U N A .**

**L**UNA AUTEM QUAE MENSTRUIS  
temporibus crescit & decrescit. & non  
proprio lumine lucet sed solis mutuo  
splendore illustratur. Aliquando.

Inscripturis significat hanc mortalem  
vitam & misericordiam. Aliquando p̄sonam  
ecclesiam. Unde in euangelio  
parabolā loquitur quod homo abbie-  
tus alienum descendens in hierichō ma-  
disset in latrones qui etiam despoli-  
auerant eum & plagiis impostris habie-  
runt semiuiuore relicto. Hic ergo homo  
ad amūt intelligitur cum omni genere  
humano. hierosalem autē civitas illa  
caelestis accipititur. ac uis beatitudi-  
ne adam lapsus p̄p̄tra euariationē.  
& electus in hanc mortalem vitam  
& misericordiam. quam bene hierichō que-  
luna interpretatur. significat ua-  
rus in delicto defecitū laboribus.  
instabilis semper et caducus. latro-  
nes autē demones intelligere pos-  
sumus. qui seducendo adam dispo-  
nauerunt eum gloria beatae mor-  
talitatis. & innocentiae ueste pri-  
uaram. Luna autē figurare ec-  
clesiam ostendit ille versus. fecit  
lunam intempore. sol cognouit  
occasum suū. Luna ecclesia est. qui  
intemporibus facta. aliquid  
minui comingit. aliquando cres-  
cere. quaetamen sic minuitur  
ut semper redempte integratae.

reparetur. Solem uero in hoc loco  
merito accipimus dñm salvatorem.  
Iste ergo cognovit occasum suū. ide  
gloriam suae passionis agnouit.  
cū discipulis suis diceret. uenit hora  
& filius hominis tradetur in manus  
peccatorū. Item luna significat mar-  
titim passionē. ut per iοel p̄pheta  
dicitur. & luna uertetur in sanguine.  
hoc est martirium suorū crux re-  
fusa. Item luna presens saeculū signi-  
ficit. eo quod semp̄ mutetur. De quo  
in apocalypsi dictur de ecclesia. &  
luna sub pedibus suis. Aliquando autē  
luna instabilementis humanae qua-  
litatem in scripturis reprehendit. ut  
est illud sapientiac. Stultus ultima  
mutatur. quamvis dupli animo  
inconstans est monibus missus.  
Sed et hoc notandum. quod luna tem-  
pus paschalis festivitatis maxima  
parte ordinat. quae sollemnitas  
time maxime celebratur. cū solis lu-  
men inno p̄ficiens incremento. pri-  
mam similitudinem umbra uictorie.  
Dem de mensē primū anni. qui in no-  
tarum uocatur. in quo pascha cele-  
bramus attendimus. Ipse autē est men-  
sis in quo mundus iste formatus. &

homo est primus in paradisi sede  
locutus. quia per huius mysteria sol  
lemnitus primam nos stolam re  
cepturos. primum super beatitudi  
n regnum. aquo in longinquâ regio  
nem discessimus nos repetentes  
esse speramus. Decus gloria regni  
beatis apostolus petrus. cælos autem  
nouos inquit eternâ nouam. & pmi  
sa ipsius expectamus. in quibus iusti  
na habitat. Sed et hannes in apocal  
ipsi sua. fidixit. quis sedebat in bro  
no. ecce facio omnia noua. Deinde  
enam tertiam mensis eiusdem septima  
nâ. in passcha obseruamus. quod re  
surrectionis dominicae gaudia sap  
tissime congruit. quia et eide sacro  
scâ eius resurrectione tertia die factae.  
& tertio tempore saeculi. id est cum  
gratiae cœlestis aduentu. tota eius  
in carne dispensatio. quae resur  
rectionis consummata est gloriam  
mundo apparuit. Prima namque  
sæculi tempora lege naturali ppa  
tres. media lege literali per pro  
phetas. extrema chartismate spiri  
tali ipsum ueniens inlustre  
dignatus est. Sed et ipsa tunclumæ  
conuersio. pulcherrimum nobis

379

sacramenti cœlestis spectaculum  
prebet. Namque luna. qui rotundi  
facta schematis. a sole lumen utsu  
prædictum accepit. ideoq; semper  
ex diuidio orbe. que ad solem habet  
lucida est. ex altero autem diuidio  
semper obseruari. A prima usq; ad quin  
ta de cœma lucis crementum ad ter  
ras. defectum uero habet ad cælos.  
A quinta de cœma aut usq; ad nouis  
simâ crementum eiusdem suæ lucis  
ad terram auersum. paulatim ad cœ  
lestia reuertit. Quæcum miru eius  
conuersio. recte paschalis gaudi  
mysteria signat. quibus omnem  
mentis nræ gloriam. ausibilibus  
uertere detinet. adiuvisq; favorib;  
utque ad solem cœlestis gratia luce  
suspendere contemplando doce  
mur. uel si utrâque eius conuersio  
nem in bonu interpretari.  
possimus intelligere. quod cres  
cent ad oculos humanos. lumen lum  
in ritu gratia quibus apparet  
in carne dñs mundo in luxit insinu.  
De quibus dicitur. Eiis proficiat  
sapiencia. & aetate. & gratia. apud  
dm & homines. Recrescens uero  
ad cælos. resurrectionis ascensionisq;

Tria saeculi tempora.

illius gloriam designet. que inse quidem ipsa mox perfecta prouenit. sed in animo fidelium quibusdam lucis suae profectibus usq; ad finem sc̄i crescere non sinit. Resurgens enim dñs amortuis primo singulis ac binis accende pluribus modovii modo undecim & plus quam quingen tis fratribus simul ad ultimum disci puls omnib; apparuit quibus uidentib; ascensurus in caelum precepit eos suae dispensationis. eē testes inhibe salē. & in omni uidea & Samaria. & ad ultimum terrae. & bene luna cdm nos tro crescit ad oculos paulatim a sole recedit. Cum uero de c̄res cit parib; adeum spatiis reddit. Hoc est enim quod ipse dicit. exiū apatre & ueni in mundum. iterum relin quo mundum & uado ad patrem. Et quod de illo psalmus ait. a summo caelo egressio eius & occursus eius usq; ad summum eius. Quia ergo luna eo suae lucis incremento quod exiens a sole ad nos tro euoluit optutus. Dñi saluatoris in carne usq; ad tempora passionis doctrinam uirtutesq; significat. fo autem quod ad solem rediens paulatim ad inuisibilem nobis

caeli faciem recolligit. resurrectionis illius ac posterioris gloriae miracula demonstrat. Merito aquintadē cūa paschalis uoti gaudius apta predicitur. his quidem paschalis temporis alegis obseruatione sumptus indicū heredes noui testamenti & iam dicē dominicā quam scriptura unam siue primā sabbatic cognominat annectimus. Nec in merito que & conditione primitiae lucis excellens & triumphum dominicae resurrectionis insignis & nostra quoq; nobis resurrectione manet semper exoptabilis. Septem quoq; dies lunae id est aquinta decima usq; ad uicesimam primam per quos ea dominica naturali ordine discurrit. Uniuersitatem ecclesiae que per totum mundum paschalib; est redempta misteri sapientiae denuntiat. Nam & septenario sepe numerū uniuersitatem designare scriptura consuevit. Inde quod ait ppb&a. Septies in die laudem dixit ibi. Nil melius intellegitur quam quod alibi ait. semper laus eius in ore meo. Et specialiter totū catholicæ eccclac perfectionem configurari iohannes testatur. Quia ad septem asie scribens ecclesiastis Humerus septenarius

Septies in die laudem dixit ibi.

universalis porbem ecclesiae mysteria.  
puescunt. Unde et per maxima quae singu-  
lis septem scribit hor tamena hunc uer-  
sicolum intexere curauit. Qui habet  
aures audiendi audiat quid sp̄s dicat  
a eccl esus. quod duni cui libet dixerat  
hoc omnibus se dixisse probat a eccl esus.  
Nec minus etiam moralem nobis commen-  
dat paschalia tempora sensum. Inno-  
mine quidem paschae ut deuittus ad  
virtutes. transitum cottidie faciamus  
spiritalem. Inmense autem nouorum  
in quo adulti fructus aduentu suo pro-  
nuntiant ueterem cessationem. ut ex-  
uentes ueterem hominem cum actibus  
eius renouemur sp̄u mentis nr̄ae. Et in-  
duimus nouum hominem qui secundūdī  
creatus est. In iustitia & sc̄nitate et ueri-  
tate. & ut uegerati diuersarum uari-  
etate uitium. earumq. foliis ueluti  
amoene arboris adumbratione ueluti.  
tanquam Læte atq. fructifer segetes  
pululemus. In pleni lumen ut perfectū  
splendorem fidei & sensus gerentes a  
peccati tenebris segregemur. In reuer-  
sa eadem luce lunari ad caelos quoda  
quinta decima luna fieri incipit. ut quan-  
to magni sumus. humiliemur in omnib;  
dicentes cum apostolo singuli. gratia

30)

autem dī sum id quod sum. Quae pro-  
fecto grata muneris superni. qui ter-  
no tempore saeculi manifestus effusa  
est pulcherrima figurarum conse-  
quentia. tercia lunae ebdomadie  
lumen ipsius quod etenus ad terras  
creuerat ad caelestia uincere inchoat  
Pulchrae hunc in pascha obseruare  
precipimur. ut gratiae quam acce-  
pimus numquam oblixi persingulos  
gradus spiritualis transitus. Largitori  
illius oboediendo uicem rependere  
meminerimus. uel certe incremente  
ad homines luna uitae nobis actiue  
In reuersa uero ad caelos speculatiue  
tipus ostenditur. Uel in hac <sup>nobis</sup> conuer-  
sione dilectio proximi in illa nostri  
signatur auctoris. Aut hoc conuer-  
sus lucis eius profectus ut bona foras  
operemur admonet. porro illuc ut  
eadem bona opera solo supernae mer-  
cedis intuitu geramus. Huc ut lucet  
lux nostra coram hominibus ut uide-  
ant bona nostra opera illuc ut glori-  
ficiant patrem nostrum qui in celis est.

### DESIDERIBUS.

xij.

**S**ID ERUM ET ASTORUM HAEC  
distantia est. Siellae ergo & sydera  
et astera inter se differunt. ,

Nam stelle est quelibet singularis. Side-  
ra uero sunt stellis plurimis facta uthi-  
ades pliades. Astra autem stelle gran-  
des ut orion bootes. sed haec nomina  
scriptores confundunt & astra pstellis  
& stellis p sideribus ponunt. Stellas non  
habere propnum lumen sed a sole inlumi-  
nari dicuntur sicut & luna. Sidera uero  
aliquando in bonam partem aliquan-  
do in contraria accipiuntur. In bonam  
ergo parte tunc accipiuntur quando  
sc̄os & electos dī significant qui sunt  
in ecclesia. Unde est illud quod ad abra-  
ham dñs ait. multiplicabo sēmentū  
sicut stellas celi. & apostolus stellam  
quit ab stella differt in claritate. sicut  
& resurrectionem mortuorum. Stella xp̄s  
est ut in apocalipsi. ego sum stella splen-  
dida & matutina. & alibi orientur stel-  
la ex iacob. & in apocalipsi. septem in q̄t  
steller angelisunt septē a eccliarum.

Nam & apostolus paulus. septē scribit  
a eccliarū nomina h̄isdem quibus io-  
hannes. Septem loca figurāsunt toti-  
us a eccliae. que septi formis sp̄s sc̄i gra-  
tiam habet. Hinc & psalmista de te-  
atoris opere ait. Lunam & stellas in po-  
testatem noctis quo m̄st̄m misericor-  
dia eius. Lunam ut iam diximus a eccliae

. debemus accipere stellas diuersos eius  
orthnes sc̄itatem pollentes ut sunt ep̄i p̄bri  
diaconi & ceteri qui uelut stelle celesti  
nos cūntur conuersatione recti. Haec  
omnia in potestate noctis id est in seculi  
istius tenebris data sunt. ut per eos caligi-  
nosa reuiceant corda mortalium. Itē  
steller sunt sc̄i siue docti eo quod uirtutū  
operibus in hoc mundo resplendent ut  
in p̄fāt̄ quinumerat multitudine tel-  
larum & omnibus eis nomina uocat.  
Astra sunt sc̄i angeli ut in ob cum me lau-  
darent astra matutina. In contraria  
ergo significationem ponuntur sidera  
quando aut peruersos angelos significat.  
aut hereticos siue h̄ipochritas. Peruer-  
sus ergo angelos de celo cecidisse testa-  
tur apocalipsi dum draconem terā  
partem siderum secum trahens intrā.  
H ereticos autem subsiderum nomine de-  
notat iudas apostolus in epistola sua  
dicens. Sidera errantia quib; pcellae  
tenebrarum in eternum seruata est.  
H ipochritae autem qui p̄fictas species  
uirtutum sc̄os imitari uidentur. tamen  
ipsi uelut stelle de celo intrā cadunt.  
Dum ascōrum consortio sequestrati inter  
peccatores ascribuntur.

### DE PLIADIBUS ET STARCARIO

**P**LIADES A VITEM ETARCI  
rus quid significent. In sententia qua  
dnis ad beatum iob locutus est anim  
aduerti potest att enim. Num quid  
ungere ualebis micantes stellae pli  
ades aut girum arcturi poteris dissipare.  
Plades stellae apotu plisti videst  
a pluralitate uocatae sunt. Ita autem  
uiciniae sibi et diuisiae sunt conditae.  
ut & simul sint & tamen coniuncte ne  
quaquam possint. quatinus uicinita  
te quidem coniunctae sunt. sed tamen  
disiunctae. **DE ARCTURO.**

**A**RCTURUS VERO ITA NOCTURNA  
tempora illustrat. ut in caeli ex  
positus per diuersa se uelat. nec tam  
occidat. neq. enim extra currens uol  
uitur. sed in loco suis incunctis mundi  
partibus nequaquam casurus inclinat.  
Quid enim micantes plades quae & septem  
sunt aliud quam sc̄os omnes denuntiū  
qui inter praesentis uitae tenebras  
sunt septiformis gratiae nos lumine  
Illustrat qui ab ipsa mundi origine  
usq. ad eius terminum diuersis tem  
poribus ad prophetandum missi uixta  
aliquid sibi coniuncti sunt. & uixta  
aliquid nonconiuncti. Stellae enim  
plades sicut supra dictum est uiciniae

partiuntur quoniam diuersis temporibus  
sibi coniunctae sunt rictu disiuncte 303.  
simul quidem sitae sunt. & tamen  
lucis suae uirtutim radios fundunt.  
Ita sc̄i omnes alius galus <sup>ad</sup> predicandum  
temporibus apparentib; & disiunctas sunt  
per visionem suae imaginis & coniuncti  
per intentionē mentis simul micant quia  
unum predicant sed non semetipsos  
tangunt. quia in diuersis temporibus h  
abebat esaias & iohannes apparuit. Diuisi  
tempore quidem fuerunt sed non predi  
catione. In arcturo autem qui per girum  
suum nocturna spatha non occasuris  
illustrat nequaquam particulatim edi  
ta uita sc̄orum. sed <sup>tota</sup> tamen simul ecclesia  
designatur que fatigations quidem pa  
titur. Nec tamen ad defectum propri  
status in dinatur girum laborum tolerat.  
Sed ad occasionem cum temporib; non festinat.  
Neque enim ad lima poli arcturus cum noc  
turno tempore ducitur. sed dum ipsa uol  
uitur nox finitur. quia nimis dum sc̄a  
ecclesia innumeris tribulationib; qua  
titur presentis uitae umbra terminatur.  
Ca questante nox p̄tent quia illa insula  
incolomitate p̄ durante mortalitatis  
huius uita p̄currit. Potest igitur per  
arcturum qui a plaga frigoris nascit  
lex. Per pliades uero que ab oriente

304.

⁹ quasi enim ab aquilone levenerent  
surgunt testamenti noui gratia designari: &  
quæcunq; subditos rigiditatis asperitate  
terrebat; Dum pculpis suis alios p̄cipet &  
lapidibus obrui. alios gladium mortem mul-  
tari; Pl̄ades uero quicq; p̄cipit quoq; sicut  
superius diximus. septem sunt. testam-  
tinou i gratiam tanto apertius indicat  
quanto cuncti liquido cernimus. quod  
per illud fideles suos seū sp̄s septiformis  
muneris lumine illustrat; Quaquam  
igitur se arturus uerit pl̄ades osten-  
dit. qui aperomne quod testam̄tum  
uetus loquitur testam̄tinoui opera  
nuntiantur. sub textu enim littera te-  
git misterium prophetiae.

#### DE ORIONE ET HIADES CIS

**D**E ORIONE AUTEM ET HIADES SIMILITER BEATUS IOB SIGNIFICATIONEM  
MISTICĀ EXPRESSIT DICENS. QUI FECIT ARTU-  
RUM & ORIONAS & HIADES & INTERIORA AUS-  
TRI. Oriones quippe in ipso pondere tē-  
ponis hiemalis oruntur. suoq; ortu tem-  
pestates excitant & magna terra sq;  
perturbat. Quidigitur post arcturum  
perionas nisi martines designantur.  
quidam sc̄e aeccliae ad statū predica-  
tionis erigitur. Pondus per sequentiū  
molestiasq; passim ad caeli faciem qua-  
si in hieme uenerunt. Bene autem sub-

didit protinus hiades que iuuenescen-  
tium ad caeli faciem prodeunt. & cum  
sol iam caloris sui uires exent extendunt.  
illius quippe signi initus inherent quod  
sapientes saeculi taurum uocant ex quo  
augeri sol incipit ad extendenda diei  
spatia fetuentior exsurgit. Quilaq; post  
orionas hiadum nomine. nisi doctores  
sc̄e ecclesiae designantur quis subductis  
martiribus eo i tempore admundi  
notitia uenerunt. quos fides darius elue-  
& represa infidelitatis hieme altius per  
corda fidelium sol ueritatis calet. quire  
mota tempestate persecutionis. exple-  
tis longis noctibus infidelitatis. Iunc  
sc̄e aeccliae orti sunt cum euangelio  
dulitatis uerum lucidior annus aperi-  
tur. Nec in merito sc̄i doctores hiadum  
nuncupatione signantur. Greco quippe  
eloquio hiadas pluvia uocatur. & hiades  
nomen apluuiis acceperunt quia origi-  
proculdubio imbreferunt. Bene ergo  
hiadum appellatione expressissim. Qui  
ad statum uniuersalis aeccliae quasi in  
caeli faciem deducti super aremē terrā  
humani pectoris sc̄e predicationis im-  
bres fuderunt. Cēmenī dixisset quis fecit  
arcturum & orionas & hiades protinus  
addidit & interiora austri. Quid nāq;

hōloco austri nomine. nisi feruor scī sp̄  
designatur. quodum repletus quisq; fue-  
rit ad amorem patriæ spiritualis ignescit.  
Interiora ergo austri sunt occulti illian-  
gelorum ordines & sacratissimi patriæ  
caelestis sinus quos implet calor sp̄ scī  
illuc quippe scōrum anime & nunc cor-  
porib; exute. & post corporibus restitu-  
te perueniunt. & quasi in austri abditis  
occultantur. **D E L U C I F E R O**

**L**UCIFER ERGO ALIQUANDO IN BO-  
NAM PARTEM SIGNIFICATIONEM TRAHIT.  
Aliquando in contiamam tunc enī in bonā  
partem ponitur. quando ait dñm salua-  
torem aut lumen uite sapientiae significat.  
Nam dñm saluatorem illa sententia libri  
job denotat qua dicit. Numquid p̄ducis  
luciferum in tempore suo. luciferum ergo  
sexps̄ innontuit. quia diluculo a morte  
resurrexit. & fulgore sui luminis mortali-  
tatis m̄ta caliginem pressit. Cui bene p̄  
iohannem dī. stella splendida & matu-  
tina. Quius quippe apprendo post mor-  
tem. matutina nob̄ stella factus est quia  
dum in se metis ipso exemplum nob̄is resur-  
rectionis praebuit. que lux sequatur in-  
dicavit. Lucem ergo sapientiae & boni  
intellectus illa sententia beatip&riosten-  
dit qua ait. habemus firmiorem pro-

pheticum sermonem cui bene facitis  
ad tententes donec dies lucescat. & lu-  
cifer oriatur in cordibus ur̄is. Lucifer  
ipse clarus intellectus noster est qui  
illustrabitur lumine ueris sapientiae  
& perfectae caritatis. In contraria uero  
ponitur lucifer ubi per esaiam prophe-  
tam in onore babilonis sub tempore regis ba-  
biloniae ad apostolam angelum dicit.

Quomodo cecidisti de caelo lucifer qui mane-  
oriebas & cetera. Nam ibi ruina eius de-  
claritate aeternalis in infernales tene-  
bras ostenditur. **D E U E S P E R E**.

**V**ESPERVERO AUT SINDEM  
mundi & aduentum antichristi signifi-  
cat aut occubitum mortis redemptoris  
n̄i. Aduentum antichristi uesper signi-  
ficat illa sententia superiora iob qua  
post productionem Luciferi subsequen-  
ter legitur. & uesperum super filios ter-  
re consurgere facit. Uesperum uero su-  
per terrę filios consurgere dñs facit.  
quia in fidelibus iudeorum cordibus do-  
minari antichristum eorum mentis  
exigente permittit. qui id tu to ad h̄o  
huic uesperi subduntur iuste. quia ipsi  
sponte sua filiū terrae esse uoluerint.  
Terrae quippe & non caelestia requiren-  
tes. Aperspienda lucifer in claritate

305.

306.

cacatisim. & dum p̄t ēē sibi uesperum  
expetunt subsequentis dampnatiōnis  
etē apōna mērguntur. **DE AERE**

**A**ER EST INANITAS LUMEN  
plurimum habens admixtum raritatis  
quam cetera elementa de quo uirgilius  
longum per manē securus. Aer dictus  
**A P O I O A I P I<sup>N</sup>** ab eo quod ferat terram  
uel quod ab ea feratur. Hic autem par-  
tim ad terrā partim ad cœlestē ma-  
tenam pertinet. Nam ille subtilis ubi  
uentosī ac procellesī motus non possunt  
exsistere ad cœlestē pertinet partem.  
Iste uero turbulentior qui exalationib;  
humidis corpore scit terrae deputatur  
quiq; ex se multis specieſ reddit. Nam  
commotus uentus facit uel hementius  
concitus ignes & tonitrua. contrac-  
tus nubila conspissatus pluiam con-  
gelantibus nebulis niuem. turbulentus  
congelantibus densioribus nubibus gran-  
dinem. distemper serenum efficit. Nam  
aerem densum nubem esse nubem rare-  
factam & solutā aerem. Aer autem sig-  
nificat inanitatem cuiuslibet rerū unde  
apostolus ait. Sic pugno non quasi aerē  
uerberans id est non in anima consecans  
Ite aer significat tenuitatem mentium  
secularium ut ē illud in iob. Subito aer

cogetur innubes & uentus transiens fu-  
gabit eas. Quid ergo per aerem nūs imenter  
secularium designantur que innumeris  
huius uita desiderii deditae. Huic illucq;  
more aeris fluidē disperguntur. Sed aer  
in tubis cogitur. cum fluxe mentis per  
supni respectus gratia uirtutis solidita-  
te roborantur. Uentus ergo transiens  
nubes fugat. quia mortalis uita per ur-  
rens predicatoris scōs annis oculis corporali-  
ter occidat. Aliquando autē predicatori  
res diuini uerbi aer significat. ut est illud  
psalmista. tenebrosa aqua innubibus  
aeris. Id est in prophetis predicatoribus  
uerbi quia quamuis se aliquis putet dic-  
ta eorum intellegere. ad ipsam siue  
uirtutum doctorū in totū ux puenire  
potest. sicut dicit apostolus. Uidemus  
nunc perspectum in enigmata. tunc  
autē facie ad faciē quando ipsum uidet  
quod credidit ipsum cognoscitur re-  
spicere quod sperauit. **D E N U B I B U S**.

**N**UBES DICTAE AB NUBENDO  
id est operiendo caelum unde & nuptie  
quod uult suos uelent. unde & neptu-  
nus quod nubat. i. mare & terram tegat  
Nubes autem aeris densitas facit. uenti  
cum aerem congregant nubesq; faci-  
unt unde est illud atq; innubem cogit

aer. Nubes autem mystice aliquando incarnationem xp̄i significant nullo peccati pondere grauatam siue virginem mariam aliquando protectionem sp̄s sc̄i. aliquando prophetas & praedicatores sc̄os. Nam incarnationem xp̄i significat illud esiae. Ecce dñs ascend& sup̄ pubem leuem & descend& in aegrip̄ tum. & illud in exodo dñs inquit p̄cedebat eos ad ostendendā uiam per diem in columnā p̄ibus. & p̄ noctē in columnā ignis. Nubes enim ista p̄cedens xp̄s est idem & iam columnā quia rectus & firmus & fulciens infirmitatem p̄am. p̄ noctē lucens. per diem non lucens. ut qui non uident uideant. & qui uident caeci fiunt. Potest & sic non incongrue acapi quod xp̄i sacramentū tamquā in die manifestum est in carne uelut in nube. In iudicio uero tamquam inter rōre nocturno. quia tunc erit magna tribulatio saeculi tamquam ignis. & lucebit iustis & ardebit iniustis. Illud autem in euangelio legit̄ ubi dñs coram tribus discipulis transfiguratus ē in monte. & ecce nubes lucida ob umbrauit eos quia materiales

tabernaculum petrus quæsiuit. nubes accipit umbraculum. ut discat in resurrectione pontegmine domoy. sed sp̄s sc̄i gloria sc̄os ē protegendoſ. Et innotandum quod sicut dñs in mortali ne baptizato. sic & in monte clarificatio. totius sc̄ae trinitatis m̄sterium declaratur. Nam ibi pater in uoce. filius in baptismate & sp̄s sc̄i incoluba ostensus est. Hic uero pater in uoce. filius in clarificatione. sp̄s sc̄i in nube demonstratus est. Quia nimis gloriam ei quam in baptismō credentes confitemur. In resurrectione uidentes conlaudabimus. Quod autem nubes p̄ prophetas siue p̄ dicatores diuini eloqui significant. ostendit illud in psalmo. multitudi sonitus aquarum uocē dederunt nubes quasimare con frago sumpta in sc̄is ecclesiis resonant diuersa uota populoꝝ; sed quare sit sonitus factus multitudinis aquarū. pulchrae subiect. quia uocē dederūt nubes. Nubes p̄ dicatores significari saepe iam diximus de quib; scriptū ē mandabo p̄ hubibus ne pluant suam imbrem; Qui uocem suam magnum dederūt cum precepta dñi uulgauerūt.

307.

Et in baptismō  
chri & eis sc̄i  
firmitate in morte  
trinitatis m̄stis  
rium. declaratur.

intendo surrit. vī:  
no. de. m̄bō.

In toto orbe terrarum sicut & aliis  
psalmus ante p̄dicauit; In omnem  
terram exiuit sonus eorum & infi-  
nes orbis terræ uerba eorum.

**N**ubs est p̄tectio diuinæ sicut in exo-  
do legit̄. tabernaculum foederis  
nubs ob umbras; nubs obscuritas  
est scripturarum ut in psalterio  
qui operit caelum nubibus.

**DETONITRU ET FULGURENT  
QUE CORUSCATIONI BIJS**

**T**ONITRUM DICTUM QUOD SONUS  
eius terreat; Nam tonus sonus qui deo-  
inter dum tam grauiter concutit  
omnia. Ita in celum dehiscesce ui-  
deatur. quia dum procelle uehe-  
mentissimi uenti nubibus se repen-  
te immiserint. turbine in ualescente  
exitumq. quaerente nubem quam  
excauauit impetu magno rescindit.  
ac siccum horrendo fragore defert  
ad aures. Tonitruum aliquando in  
scripturis diuinā uocem significat.  
ut est illud. In tonuit de caelo dñs  
& altissimus dedit uocem suā. quippe  
quierat ingentia sacramenta locu-  
turus; att enim in euangelio uox om-  
nipotens patris & clarificauit & in es-  
glificabo; unde multi sicut <sup>ib</sup> legitur

tonitruum fuisse crediderunt; altis-  
simus autem dedit uocem suā  
quando dictum est. hic est fi-  
lius meus dilectus In quomhi  
bene con placui; Aliquando uero  
p̄dicationē designat euangelium ē.  
illud uox tonitrui tui in rota; In rota  
ergo id est in mundo uox tonitrui  
eius egressa ē. quando xp̄i p̄dicatores  
xp̄i circulū totius orbis uerbis tonan-  
tib; impleuerunt; cum tonitruo au-  
simul & fulgur exprimitur; sed illud  
celerius uidetur quia clarum est.  
hoc autem id: tonitruum ad aures  
tardius peruenit. fulgor & fulmen  
ictus celestis iaculi aferiendo dicti.  
Fulgicū ferire est atq. percutere.  
Fulmina autem collisa lumina faciunt  
Nam omnium rerum collisio ignem  
creat. ut in lapidibus cernimus uel  
at triturotarum. simili modo innu-  
bibus ignis. unde & prius nubila sup-  
deinde ignis. Exuento autem & igne  
fulmina in nubibus fieri & impulsu  
uentorum emitte. Ideo autem fulmi-  
nis ignem uim habere maiorem.  
quia subtilioribus elementis factus  
est. quam p̄r id est quinobis in usu  
est; Tria sunt autem eius nomina.

fulgus quia tangit. fulgor quia incen-  
dit & dicit fulmen quia findit. ideo  
& cum tenuis radius pingitur, fulgora  
autem siue coruscationes mystice di-  
uios in scripturis exprimunt terro-  
res. quae in miraculis coruscantibus  
sunt. uel commun<sup>u</sup>ationes quae  
scripta sunt in lege diuina. ut est il-  
lud. in luxerunt coruscationes tiae  
orbitae terrae. uidit & commota est terra;  
Coruscationes diuinae praecpta dicit  
ueritatis lumine radiantia. quae te-  
nebras hominum pectorum mundum  
salutari illuminatione fugauerunt.  
Et talibi ita dicitur fulgora multiplicavit  
& conturbauit eos. id est miracula  
multa fecit. quae sic corda uiuentium  
permouerunt. quem admodum cre-  
bra solent fulgora uiso terrori.  
Conturbauit eos de his dicit qui tunc  
conturbati sunt. quando eum resur-  
rexisse manifestis probationib; agnoue-  
runt.

### DE ARCU CAELESTI.

**A**rcus caelestis dictus asimili-  
tudine coruati arcus; Iris huic nomen  
proprium est. & dicitur iris quasi ae-  
ris id est quod per aerem ad terram  
descendat; hic autem a sole resplende-  
dum caue nubes exaduerso radium solis

accipiunt. et arcus speciem fingunt.  
cuius color est qui aqua te-  
nus aer lucidus & nubes ciliantes  
irradiatae illi uiarios creant colores.  
**389.**  
Arcus autem caelestis est signum testamti.  
quod posuit deus inter se & homines.  
atque omnem animam uiuam ne pdate  
eum diluvio. Nam quod ille apparat  
innubib; & numquam nisi de sole re-  
splendet. significat quia illi non pe-  
reunt diluvio. qui in prophetis & om-  
nibus scripturis diuinis tamquam di-  
nubib; uirtute agnoscunt xpi; Nam  
quod in eodem arcu color aquae & lig-  
nis simul ostenditur. quia ex parte  
ceruleus est & ex parte rubicundus  
apparet. quod utriusq. iudicii testis  
sit unius uidelicet faciendi & alte-  
rius facti. id est quam mundus iudicii  
igne cremabitur. non aqua diluvium  
ultra delebitur; Iris id est arcus duorum  
iudiciorum dei figuram habere dicitur.  
hoc est primi quod per diluvium. secundi  
quod pignem. ut est illud in apocalipsi  
& iris in circuitu eius. Serenitas est  
indulgentia delictorum pro sanguine  
ihu christi post tenebras peccatorum  
data. ut est illud in euangelio.  
Facto uespere dicitur serenum erit.

rubicundum est enim caelum.

### DE ICQ, NE

**I**GNIS ERGO QUI QUARTUM MUNDI est elementum aliquando exprimit zelum dei aliquando spm scm aliquando caritatem aliquando cupiditatem aliquando malitium aliquando intellectu aliquando tribulationem aliquando iram aliquando uoluptatem Zelum enim dei illa sententia notat qua dicitur dñs noster ignis consumens est Nam spm scm demonstrat quia inde pente costes in linguis igneis super apostolos apparuit ubi eos luce sapientiae illuminauit & zelo iustitiae corda eorum accendit Caritatē autem significat ubi fervorem dilectionis exprimit ut est illud me uangilio ignem ueniremittere intrā & quid uoloni si ut ardeat Cupiditatem autem significat quando ambitionem nimiam terrenarum rerum denotat unde in exodo dñs precepit de observatione sabbati non succendetis inquit ignem in omnibus habitaculis uris perdiens ab batti <sup>hoc ē</sup> ignem cupiditatis tam incorporib;

humanis quam etiam inconuenientibus universis ueritatē incendere Malitū aut̄ significat ignis quando cor malum ad inferiora semper incuruatum demonstrat De quo igne dñs nunc ignis aduersarum consum& quia pessimum ex sua malitia tabescit sicut aut̄ ignis amoris mentem erigit Ita ignis malitie inioluit Tribulationē aut̄ ignis significat ut est illud in psalmo igne nos examinasti sicut <sup>igne</sup> examinat argenti Tunc aut̄ iram significat quando uindictā caelestē ostendit ut ē illud consumā eos igne irae meae ait dñs Et talibi quia ignis inquit exarsit ab ira mea & ardebit usq; ad inferos deorsum Tunc aut̄ uoluptatē ignis significat quando libidinis ardorem ostendit ut est illud omnes adulterantes sic carbo ignis ardens corda eorum quibus nisi subuenerit poenitentia remedium ignis poene perpetuae subsequetur ubi erit fletus & stridor dentium & cruciatus sempiternus De quo in esaiā scriptum est ecce omnes uos accensi igne accincti flammis ambulate in lumine ignis uestri Habent enim peccatores inse foenū ligna stipula spinas & tribulos

lolumq; quae aeterno traduntur in  
 cendio, hitamen prouocantur ad  
 salutem diciturq; eis ambulate in  
 lumine ignisū & inflammis & retq;  
 ut impoenis & supplicis discant di po  
 tentiam & redcant ad salutem; Itemig  
 nis intellectus in sacris eloquis accipit  
 bonus uel malus, sicut in leuitico defilis  
 aaron dr. qui ignē alienum inconspectu  
 dñi optulerunt & ibi consumpti sunt.  
 Fumus aut̄ aliquando in bonā partem.  
 aliquando incontrariam p̄onit, uel  
 Nam quoddic̄ psalmista ascendit sum  
 mira eius & ignis a facie ei exاردescit;  
 Fumus hic in bono postus est quia sicut  
 iste terrenus inutiles lacrimas mouet.  
 Ita & illæ poenitentiae calore succensus  
 fructuosa p̄fundit fluenta lacrima  
 rum; Intra eius hoc tempore quo hic  
 peccatores futuri iudicii timore con  
 turbat ut eos ad remedium conuersi  
 onis adducat. Ignis autem est caritas  
 dñi iustitium progressionib; crescens;  
 Quae quanto magis concupiscitur: tanto  
 efficacius ampliatur; Bene aut̄ dixit  
 a facie eius qm̄ ipsius in luminatione  
 caritas conceditur eis qui peccata  
 relinquunt; Quod aut̄ alibi depec  
 catoribus dicitur sicut defectus

fumus deficient hic peccatorum  
 poena praedicitur; fumus est enim  
 exflamma ista corruptibili sur  
 gens tenebrosa congregatio que  
 quantum plus extollitur tantum  
 per inania tenuatur; huic peccato  
 res merito comparantur, quō exflam  
 ma nequitiae suae producunt fumi  
 feras actiones quae licet ad altiora  
 superbia faciente consurgant necesse  
 est. ut sua magis uelut fumus elatione  
 deficiant. DE PRUNA

**P**RUNAE AUTEM SIGNIFICANT  
 inlicitas concupiscentias animae.  
 quae polluant gressus operum hu  
 manarum; unde est illud dum am  
 bulat super prunas plantae eius  
 non comburentur; Hinc in iob dele  
 uiathan scriptum est. alitus eius  
 prunas ardere facit; quid prunas  
 nisi succensis internis concupiscen  
 tis reproborum mentes appellat.  
 Totiens enim leuiathan alitus pru  
 nas acendit. quotiens eius occulta  
 suggestio humanas mentes ad delin  
 citiones illicitas pertrahit; & flama  
 de ore eius egreditur. quia quicquid  
 perse. quicquid p̄predicatores suos  
 loquitur. ignis est quo non aurum

neq; argentum. sed lignum. foenum.

stipula concrematur. DECARBONIB;

**C**ARBONES aut̄ significant  
migredinem peccatorum; Unde est  
illud carbones succensis sunt ab eo;  
Carbones uero succensos peccatores dicit.  
quiuelut carbones mortui in mundi  
istius cetitate tenebiantur. sed interū  
paenitentia inflammatre reuues  
cunt. & ex mortuis pruriunt. uiui incipi  
unt esse carbones; Similiter & illud  
quod in psalmo legitur sagittae po  
tentis acute. cum carbonib; desola  
toris; Carbones autem desolatorios  
non nulli peccatores terribilos satq;  
malis actib; extintos intelligere  
uoluerunt. quorum formido & re  
cordatio nostra uita desolare nos tam  
tur. dum metimus talia commit  
tere. que illos cognouimus perculsi  
se; potest autem & illud intelligi ut  
carbones desolatorios orationes ac  
cipimus caritatis igne succensis que  
nos uitii ita mundant atq; punsi  
cant. ut quod in nobis diabolus con  
struxerat desolatum atq; euersum  
diu no beneficio sentiatur. siue ma  
gis illud est quod esau sart; & uola  
uit ad me unus deseraphim & amma

ni habebat carbonem ignis quem for  
cipe acceperat de altari. & tetigit os me  
um & dixit; ecce tetigit hoc labia tua  
& aut ecce abstuli iniquitates tuas & pec  
cata tua. circum purgau; quod nunc  
beneficios & crucis efficitur. quando la  
bia nostra domini recordatione signamus;  
Nec in merito forsitan signum crucis deso  
lutorium dicimus esse carbonem. quan  
do fugat peccata credentium cum ta  
men perfidie uideatur extinetum;  
Item illud ubi scriptum ē. sic acetū  
dentibus & fumis oculis ita piget  
his qui miser illum; hic fumus iunctus  
exprimit eorum qui cupiditatem  
istius mundi magis secuntur. quā  
studium uerbi dī. DECINERIBVS

**C**INIS aut̄ humana fragilitatis  
inanitatem significat. unde in salomo  
ne scriptum ē. quid superbit terra  
& cinis; Similiter & fauilla unde in  
iob dicit. ago impoenitentum infa  
uilla & cinere. In fauilli & enim &  
cinerē agere penitentiam est. conte  
plata summa essentia nil aliud quā  
fauillā se cineremq; cognoscere;  
Unde & ciuitati repbe in euangelio dñs  
dicit. sunt yro & frōdōne factae fuisse;  
uictutes quae factae sunt in uobis.

olim Incilicio et cinere penitentia  
egissent; Incilicio quippe asperitas  
& conpunctio peccatorum. Incinere  
aut puluis ostendit mortuorum;  
& id circa utrumq. hoc adhiberi ad  
paenitentiam solet. ut in punctione  
ciliui cognoscamus. quid perculpā  
fecimus. & infamilla cineris perpen-  
damus. quid piudicium facti sumus;  
Torris et tiro humanum gen' signifi-  
cat. p dñm ih̄m xp̄m a perpetua  
combustione semi ustum abstrac-  
tum ut in Zacharia. num quid  
non iste torris erutus ē deigne;  
Imones duo potestates saeculi hu-  
ius atq. heretici ex uno consensu  
ecclesiam persequentes. ut in sua  
nolunt mere aduab; caudis titionū  
fumigantium istorum. DE VENTIS  
**V**ENTUS EST AER COMMOTUS  
& agitatus & pro diuersis partib;  
caeli nomina diuersa sortitus.  
Dictus aut uentus. quod sit uehemens  
& uiolentus; uis enim ei tanti est.  
ut non solum saxa & arbores uellit.  
sed etiam caelum terramq. contur-  
b̄ & maria commoueat. Ventorum  
quatuor principales sp̄s sunt quoz  
primus ab oriente subsolanus.

Sit subsolanus. uentus & euī & eoī.  
Atq. die medio uochē heret & affric. Atq.  
cyri & occulū hephyrq. & titanū affluit.  
Si nemū aquilo. boreas & chorū abante.

A meridie auster. Ab occidente  
fabonius. A septentrione eide  
hominis uentus asspirat; haben-  
tes geminos hinc inde uentorum sp̄s;  
Sub solanus alatere dextro uultū  
habet aleuio eurum. Auster ad ex-  
tris euro austrum. a sinistris  
astro affricum; fabonius a par-  
te dextra affricū aleua chorū;  
Porro septentrion ad extris circum.  
a sinistris aquilonē. Hixii. uenti  
mundi globum flattib; circumfa-  
gunt. quorum nomina propriis  
excusis signati sunt. Sicut illi  
ostendunt quide ethimologis  
nominum ipsorum scripserunt.  
sed nos de his solum modo narrare  
disponimus quos celebriores in  
scripturis inuenimus. Uentus  
aut aliquando in bona partem.  
aliquando in contraria p onit.  
In bonam ergo partem uentus ponit.  
ut est illud. qui p ducit uentos de  
thesauris suis ubi non in probe sentim'  
apostolos expressos. quoꝝ p dicatio  
totum mundum tamquā uentus  
celerrimus percurrit. sicut & illud  
quod alibi scriptum est. ascendit  
super cherubim & uolauit. uolauit

super pennas uentorum; ubi expri-  
mitur ascensio dñi super cœlos ce-  
lorumq; uirtutes ubi nunc addic-  
teram patris collocatus cum patre regnat  
& spū scō; Quod autem dicit uolire  
super pennas uentorum. celeritatem  
nimiam decenter ostendit. quando  
fama patiuitatis eius passionis & re-  
surrectionis. atq; ascensionis priorū  
mundum discurrat; Quid enim dici  
potest uelocius quando ipso incuna-  
bulis uacante magis cum claritas. stel-  
lae nuntiauit. & mox uitatus malia  
mundi pastore est conspectus; Item  
uenti animas significant unde scrip-  
tum est. qui fecit uentis pondus. ue-  
locitate ac sublimitate uentorum.  
solent animae designari; Pondus  
ergo accipiunt animae ut ab inten-  
tione di non iam leui motu desiliat.  
sed lineum fixa constantie grauitate  
consistant. uelut ex parte uentis pondus e-  
facere concessum hic electis iustitib;  
gloria p̄mixta infirmitate reperire;  
1 ncontrariam uero partē uentus ponit  
ut est illud in euangelio. descendit  
pluia & uenerunt flumina. flauer-  
uenti & invuerū in domū illā. hic p̄ plu-  
uiū multimodas diaboli temptationes.

per fluminī aspectis manifestas que  
persecutiones uentos malignos sp̄s in-  
tellegi uolunt; Similiter illud quod  
in ob legitur incontrariam pastem  
Intellegendū ē tulit cum uentus urens.  
Uentus urens malignus sp̄s uocat quide-  
sideriorum flamas in corde excitat  
ut ad aeternitatē suppliciorū trahat;  
Item uenti superbue sp̄s intellegunt;  
uelut in oseae de hereticis dī; ligauit  
eum sp̄s in aliissuis; Item ibi homines  
pastores tuos pasc& uentus & alibi  
quintatur mendacis hic pascit uentis.  
Orientalis aut uentus subsolanus uocat  
qui a subsolis ortu ortitur; significat  
predicationem euangeli. quae a sole  
uero processit. & totum mundū luce-  
fidei atq; sapientiae inluminauit.  
unde scriptum est; Orietur uobis  
timentib; homen meum sol iustitiae  
& sanctas in pennis eius. Auster ab hu-  
riendo aquas uocatus unde & crassum  
aerem facit & nubila nutrit. hic grec  
nothus appellat; propter quod inter-  
dum corruptat aerem; Nam pesti-  
lem quam ex corruptio aere nascit.  
auster flans in reliquias regiones trans-  
munt. sed sicut auster pestilentium  
gignit. sic aquilore repellit. Significat  
Auster;  
Aquila;

auster aliquando calorem fidei. ut in  
psalmo sicut torrens in australi. aliquan-  
do gratum spissi. ut in cantico canti  
corum dicitur. surge auster. ueni  
aquilo per flam ortum meum; ali-  
quando feruorem dilectionis. ut  
in psalterio dicitur. et excitauit austri  
de caelo. & induxit iniuriae sua af-  
fricium; Item in contraria partem  
ponitur. quando ardorem cupidi-  
tatis significat. qui peste uitiorum  
corripit hominum mentes & egritu-  
dinem peccatorum Inhumanum  
genus introducit; Occidentalis  
autem uentus qui Zefirus greco nomine  
appellatur. eo quod flores et germina  
eius flatu uiuiscentur; hic latine  
fabonus dicitur. proprie quod soueat  
quaenascuntur; Tunc autem hic uentus  
in bona partem perfectus repperitur.  
cum modestia Christi & ueris solis occubatum  
significat. unde omnium germina  
uiustum & bonorum operum in mundo  
pascunt; Tunc autem in contraria partem  
ponitur. cum melioris uitae defectum  
significat. unde in propheti peccato-  
ribus dicitur. occidetur uobis sol in meridie;  
Aquilo dictus eo quod aquas stringat  
& nubes dissipet. gelidus est enim

uentus & siccus. Significat autem  
uel diabolum uel homines infide-  
les uel iniquitatis abundantiam  
& defectum caritatis. unde scriptum:  
in propheta ab aquilone ex ardescen-  
tia super terram. **DEAURA ET**

**A**URA LABERADICIA QUASI AERIA I  
quod lenis sit motus aeris. Agnatus  
enim aer auram facit. unde & lu-I  
cretius aerius auras. Altanus quin N  
pelago est per dirivationem ab alto  
ide est mari uocatur. Nam alter est  
flatus in ripis quem diximus auram.  
nam aura interea. Aura significat  
tranquillitatem bonae mentis con-  
templantis dominum. Unde helias stans  
in monte coram domino cum uidet &  
uentum grandem subiectentem  
montes ait non inspu dñs & post  
commotionem ignis dixit non inigne  
dñs & post ignem sibilus aure tenuis.  
Quodcum uidisset helias operuit uultu  
suum pallio. et egressus stetit in  
ostio spelunce. sed in spu commotionis  
& ignis non esse dñs dicitur. Esse uero insibilo  
aure tenuis non negatur. quia nimis  
mens cum contemplationis sublimita-  
te suspenditur. quicquid perfectae  
conspicere possit & dñ non est. cu uero

395.

subtile aliquid conspicit. hoc est  
quod de inconprehensibili substantia  
aeternitatis audit. quasi enim sibilū  
tenuis aure percipim' cum sapore in  
circumscriptae ueritatis contemplati  
one subita subtilit' degustam'. Tranquil  
litas aut̄ pelagi quā altanū vocant  
pacē ecclae significat inmundo. que  
aura sp̄s sc̄i flante p̄spero cursu post  
tempestate inmundo factā adoptatū  
aeternae quietis portū stud& secura  
peruenire. sicut in illa navigatione  
dñi cum discipulis innauicu  
la operiret̄ fluctib;. Surgens dñs im  
perauit uentis & mari. & facta ē tran  
quillitas magna. Tropologice aut̄  
& nos singuli catholica fide instructi  
& signo dominicae crucis imbuti dū  
saeculum relinquere disponimus  
nauem p̄fecto cum ihu concendim'.  
mare transire conamur. sed qui non  
dormit aut̄. neq. obdormiet israhel  
custodiens semp. nobis tam̄ saepe na  
vigantib; quasi inter aequoris fremitus  
ob dormit. quando crebrescente inter  
medios iustitium nisus. uel in mundo uel  
spirituum uel hominum prauorum  
uel ipsō nostrarum cogitationum im  
petu. fidei splendor obtenebret̄.

speci celitudo contabescit. amoris flan  
ma refrigerescit. uerum inter huismō  
di pcellas ad illū p̄cessē. ē gubernatore  
curramus. Illū sedulo exercitemus. qui  
ponseriat sed imperet uentis mox etem  
pestates compescet. refindet tranquil  
litatem postum salutis indulget̄.

### DEFURBINE.

**T**URBO EST VOLUBILITAS VENTO  
rum. & turbo dictus terra quotiens  
uentus consurgit & terrā incircum  
mittit. Turbo p̄secutionū uel tribu  
lationū impetus signif. Ut in sua  
factus est fortitudo pauperis p̄sa  
turbinē. Tempestas aut̄ p̄tempore dr  
sicuit ubiq. In storiografi soleſ <sup>loquit̄</sup> dum  
dicunt ea tempestate aut̄ ab statu cali  
quia magnitudine suum multis diebus  
orit̄. Turbo enim aut̄ flagellum dñi in  
hominem missum designat. aut̄ pra  
uorum hominū p̄secutiones. Nā in iob  
legit̄. Respondens aut̄ dñs iob detur  
bine dixit. No. tandem video quia sis  
no atq. incolomi loqueret̄ extranquil  
itate dominica locutio facta diceret̄.  
Sed qua flagellato loquit̄ deturbine  
locutus fuisse describitur. Alter  
enim dñs seruiss suis loquit̄ cumeos  
Intrinsicus p̄ conpunctionē p̄uehit̄.

Alio cum per strictionem p[ro]eextollant[ur]  
premit per blandam locutionem dñi  
amanda dulcedo eius ostenditur.  
Per terribilem uero potestas eius metu-  
enda monstratur. in illa persuaderet  
anima ut proficiat. In ista reprimit  
quae proficit. In illa disert quod ap-  
petat. In ista quodmetuat perillā  
dicit gaudet & laetare filia sion.  
qua uenio & habitabo in medio tui  
Per istam dicitur dñs intempestate  
& turbinae uiae eius. Blandus quippe  
est qui ut in medio inhabitet uenit cum  
uero se tempestate & turbine insinuat  
nimis quae tangit corda perturbat  
utq[ue] ad eodem andam elationem se ex-  
erit. quando potens & terribilis  
Innotescit. hinc in psalmo scriptū ē  
persequeris eos intempestate tua  
& iniuria tua conturbabis eos. Intem-  
pestate dicit. hoc est iudicium tempore.  
Intempesta examen iudicis significat  
ut impsat. incircuitu eius tempesta  
valida. Quod tempestati merito con-  
paratur. primum quia in prouisum  
est deinde quod subito fragore comur-  
bat. & locū tollit consilio repentina  
periculi magnitudo. Tempesta enim  
imbrum aeris est quiedū concitata

397.

seditio In qua uehementer ter-  
remur. dum aquarum nimietate  
uexamur. sequitur. Et in ira tua  
conturbabis eos. Saepe uim dixi  
iram diuinitati non posse con-  
gruere sed ab hominibus trac-  
tum est. qui quando sceleratos  
iudicant feruore animi commo-  
uentur. Nec aliter ad damnan-  
dum hominem ueniunt nisi  
decommissis criminibus exci-  
tentur. persecutionem autem  
prauorum ille uersus significat  
ex persona dñi prolatuſ. Uen-  
in altitudinem maris et tem-  
pestas demersit me. Ille qui  
super maria fixis gressibus  
ambulauit. qui petro dexte-  
ram uemergeretur extendit.  
quem admodum se tempestate  
dicit esse demersum. hic altitu-  
do maris copiosa populi signifi-  
catur insaniam. Intempesta est  
seditio concitata dementium.  
ipsa enim demersit dñm salua-  
torem quandoeum peruenire  
fecit ad crucem.

DE PROCELLAE.

390.

**P**ROCELLAE ENIM AUT DEF LU  
minibus aut deuentis fiunt nihil  
autem uelocius uentis uande &  
ppiter cele ritatem tam uentos  
quam flumina alta fingunt po  
etae ut alta uis austri. Procella  
enim significat tempestuosos  
persecutorum furores qui ec  
clesiam xp̄i partim minis. par  
tim flagris atq. tormentis af  
ficiunt sed aliquando ipsas per  
secutorum mentes dñs in melius  
conuectit. ut per poenitentia  
apristinis sceleribus se mun  
dantes ad bonos actus conuer  
tantur. Nam in psalmo scriptū ē.  
Ignis grandonix glaties sp̄s pro  
cellarū qui faciunt uerbū eius.  
Ignis grandonix glaties per al  
legoriā sicut dictum ē homines  
significat qui in hoc saeculo extur  
bulentis & pessimis ad deuotions  
tranquillissima studia puenerē.  
qui faciunt uerbum ei. nisi qui  
ex tempestuosis & improbis ad  
confessionis ipsius gratiā uenire  
meruerunt. Aliquando uero  
dum in prauis actib; pseuerant  
aeterna eos poena cruciab.

Unde scriptum ē. pluit suppeditato  
res Laqueus ignis sulphur & sp̄s. pcel  
larum pars calicis eorum. Ignis est  
quando eos flamma cura consumit  
Sulphur quia cogitationes eorum  
detestabili fetore sordescunt.  
sp̄s procellarū dum se tumultuosa  
mente confundunt pars calicis eorum  
id est mensura qua pollutis actib;  
ebriantur.

**E**XPLICIT LIBER. VIII.

**I**N CIPIT LIBER. X. DE TEMPORIBUS.

**T**EMPORA Igitur a temperamento  
nomen accipiunt. siue quod unum  
quodq. illorum spatium separatum  
temperatu sit. seu quod momentis.  
horis diebus mensibus annis saecu  
lisq. & aetatibus omnia mostalis ut  
curricula temperent. Constat ergo  
trimoda ratione compotū temporis  
ē discretū. aut enī natura. aut  
consuetudine. aut ceste auctoritate  
decurrat. & ipsa quidem auctoritate  
bifariae diuisa humana uidelicet  
ut olimpiadas quattuor annorū  
hundinas octo dierū. Indictiones  
xv. annorum ambitu celebrari.  
Diem q̄q. qui ex quadrantib; conficit  
mense februario uel augusto inter  
Olympiades:  
Hundinas:  
Indictiones: